



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quarè Christus sic de Spiritusancto concipi & de virgine nasci voluerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

ARGUMENTA.

1. Quod Christus non de homine, sed de Spiritu sancto sit conceptus & formatus in utero virginis de sanguine & carne illius.
2. Quare Christus sic de Spiritu sancto concipi & de virgine nasci voluerit.
3. Quod beata virgo sit perpetua virgo, & mai sit in partu, & post partum.

DO C sine hæsitatione credere oportet quod beata virgo non de homine, sed de Spiritu sancto facta est. Sic enim docet angelus virginem ipsam, cū qua bat, quomodo conciperet sine viro, Iesu Christo. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissima obumbrabit tibi: & quod ex te nascetur sanctum, vobis cabitur filius Dei. Sic etiam dicit Isa. 7. Ecce uero concipiet, & pariet filium &c, non dicit, concipiet, nisi viro. Igitur qui primum hominem creare potuit, matre, haec virtus & potestas Dei altissimi potuit. cere ex purissimis guttulis sanguinis Mariæ conceptionem Christi, eo quod dixit illi angelus, gratia Dei non est impossibile omne verbū: & q[uod] Dei naturā probat exemplo sterilis Elizabethae, quae grauida est. Ideo omnes Iudei sunt condemnati, contumaces Christū de semine Ioseph esse natum. Sic quod illi dicit angelus Matthæi 1. Quod enim in eum est, de Spiritu sancto est, id est hoc firmiter credendum, quod non ab homine sit conceptus IESUS Christus, sed quod Spiritus sanctus operatus est illa conceptionem in utero virginis Mariæ.

2. Quod de Spiritu sancto concipi & de Maria virginne nasci voluerit, hec ratio fuit: ad conterendum caput.

serpentis, id est, ad abolendū peccatum, & destruendā
 mortem: Si enim Christus conceptus esset de virili
 semine, tunc nativitas eius esset carnalis & polluta
 peccato originali, sicut nostra iustitia est: Nos omnes
 filii Adam ex virili semine concipimur, & ex mulie-
 ribus nascimur, ideo cogimur dicere cū Dauide Psal.
 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in
 peccatis concepit me mater mea. Et Ro. 5. In quo om-
 nes peccauimus, scilicet in Adam. Eph. 2 Eramus na-
 tura filij iræ &c. Si ergo Christus ita fuisset filius iræ
 & peccator, non potuisset esse redēptor noster: Quo-
 modò enim peccator peccatores mundaret, & male-
 dictus alios à maledicto liberaret? Ad redemptionem
 generis humani necessaria fuit talis conceptio
 de Spiritu sancto, & non ab homine, vt immaculata
 eius conceptio & nativitas, impurā omnium aliorū
 hominū conceptionē (iuxta illud, Ecce in iniquita-
 bus conceptus sum) mundare posset: hæc verò mun-
 di esse nō potuit, nisi esset à Spiritu S. quod omne se-
 men alias foret corruptū. Ideò etiam virgo sine omni
 peccato, etiā ab originali, fuit preservata, electa, & ordi-
 nata ex prosapia Abrahæ, Isaac & Jacob, & Dauid ad
 hoc opus, vt sic pura virgo à Spiritu S. conciperet il-
 lum. Sic etiam Deus promisit patribus, Abrahæ Ge-
 nes, 22. mirabile semen, dicens: In semine tuo bene-
 dicentur omnes gentes terræ: Semen autem hoc est
 Christus, sicut exponit Paul. Gal. 3. Benedictio illa,
 est iustitia, vita & salus æterna. Omnes homines in
 Adā peccauerunt, & omnes sunt maledicti, rei mortis
 æterne damnationis. Sed Deus sic instauratore dedit
 hominib. id est, Christū, vt sicut in Adā omnes mori-
 untur, ita & in Christo omnes viuiscarētur, 1. Cor. 15 1. Cor. 15.
 Sic nobis scriptura describit duos admirabiles homi-
 nes: primū, Adam peccatorē, Gen. 3. ex quo habemus
 peccatū, mortem & damnationē: secundum Adam,
 Christum iustum & iustificatorem, ex quo habemus

iustitiam, vitam & salutem æternam. Oportebat
go hominem esse planè benedictum, id est, innoce-
tem, iustum & omnino incontaminatum & liberum
à iugo Sathanæ, qui debebat tollere nostram male-
ditionē, id est, peccatum & mortē, qui debebat beni-
cere nos, id est, donare Spiritū S. iustitiam & vera-
vitā. Et talis est Christus Deus noster. Igitur ait Ioh.
Venit princeps mundi huius, sed in me nō haberet
quā: hoc est, nullū ei ius est in me, quia nō sum pa-
tor, Ioan. 8: vbi peccatum est, ibi mors regnat & Da-
bolus, qui habet mortis imperiū, & tyrannidem. ac-
cet: at vbi nullum est peccatum, ibi nec Sathan habet
lam jurisdictionē aut potestatem. Ideo volebat Ch-
ristus concipi de Spiritu sancto, & nasci de Maria, u-
ne &c. Et hoc firmiter credere debemus.

3. Tertiò, quod̄ beata virgo perpetua virgo sit, ut
primò sic probatur. Gen. 3 Scriptura dicit Christus
semen mulieris & filium naturalē in ulieris, nonna-
minat ipsum filium viri, sed solū facit mentionem sa-
minq. Mulier hic non dicitur, quę virū cognouit, se-
ratione sexus, & quia sine adiutorio viri Maria con-
cipit & parit, idèo est vera mater & vera virgo. Sic
iam Paulus dicit Gal. 4. factū ex muliere: ceteri ho-
nes nascuntur de viro seu ex voluntate viri ut lo. 1.
& de muliere, sed scriptura dicit Christus solum filii
mulieris, id est, Marię: ex quo sequitur, q̄ beata Maria
est vera virgo in partu & post partū, sicut & ante pa-
tum. Deinde Christus promittitur Abrahæ, quod̄
deberet esse de semine suo, Genes. 22. & in illo tempore
deberent benedici omnes gentes terre. Sed Maria nac-
nit corporaliter de Abrahā & Dauid. Christus naci-
tur solus de Maria corporaliter, quę Maria est de se-
mine Abrahæ, de quo Christus nascitur, qui est filius
Abrahæ, Mat. 1 Rom. 1. filius Dauid secundūm carnis
id est, secundūm semē quod̄ est Maria: Ex quo se-
quitur, beatam Mariam puram esse virginem, quia sine
virilite.

Li
virili adiu-
fus solus f
ti Elizabeth
qui. Igitur
gat Christi
hoc maxim
fi. 7. qui di-
concepit &
signo, qui
quod virgo
igitur hoc f
gelistiſ Lu
se virginem
Gabriel ad
prophetam
ista Matthi
nec filium
cipiendum
erit, sed e
Coruus no
coruus nu
pitur in Ps.
non sic est i
Christus n
Dēi, sed qu

N

1. Quod̄
stī, v
2. Quon
tecū